

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXVIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo VIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)



filium cum ad domum redierit, seponit forensē eloquentiam quo ascen-  
 derat, & lingua puerili descendit ad paruulum. Audi uno loco ipsum apostolū  
 ascendentem & descendentem in una sententia. Siue enim inquit mente exces-  
 simus dō. siue temperantes sumus uobis; quid est mentē excessimus? ut illa ui-  
 deamus quae non licet homini loqui; quid est temperantes sumus uobis, num  
 quid iudicauit me scire aliquid inter uos nisi ih̄m xp̄m & hunc crucifixum? Si  
 ipse dñs descendit & ascendit, manifestum est quia & praedicatores ipsius des-  
 cendunt imitatione, ascendunt in lumen, ascendunt & praedicatione,  
 & si aliquanto uos diutius tenuimus, consiliū fuit ut inportunae horae transi-  
 rent. Arbitramur iam illos peregisse uanitatē suam; Nos autem fr̄s quā  
 pasti sumus a epulis salutaribus, quae restant agamus, ut diem dominicum  
 sollempniter impleamus in gaudiis spiritalibus, & comparemus gaudia uerita-  
 tis cum gaudio uanitatis, & si horremus doleamus, si dolemus oremus, si ora-  
 mus exaudiamur, si exaudimur & illos lucrāmur. **EXPI SERMO .VII.**

**IN EP. VIII. DE NUPTIIS IN CHANA GALILEAE ET AQUA IN UINUM CONuersa**

**M**iraculum quidem dñi nostri ih̄u xp̄i quod de aqua uinum fecit,  
 non est mirum eis qui nouerunt quia dñs fecit; ipse enim fecit uno  
 illo die in nuptiis in sexillis hydriis quas impleri aqua praecepit, qui  
 omni anno facit hoc in uitis. Sicut enim quod miserunt ministri in hydrias,  
 in uinum conuersum est opere dñi, sic & quod nubes fundunt, in uinum conuer-  
 titur eiusdem opere dñi. Illud autem non miramur quia omni anno fit.  
Ad siducate amisit admirationem. Nam considerationē maiorem inuenit,  
 quam id quod factum est in hydriis aquae. quis est enim qui considerat  
 opera dñi quibus regitur & administratur totus hic mundus, & non obstu-  
 pescit obruturq. miraculis? Si consideret uim unius grani cuiuslibet & semi-  
 nis, magna quaedam res est, horror est consideranti, sed quia homines in  
 aliud intenti perdididerunt considerationem operum dñi, in qua darent laudē  
 cotidie creatori, tamquam seruauit sibi dñs in uisitata quaedam quae faceret,  
 ut tamquam dormientes homines ad se colendū mirabilibus excitaret,  
 Mortuus resurrexit, mirati sunt homines; tot cotidie nascuntur & nemo  
 miratur. Si consideremus prudentius, maioris miraculi est esse qui non erat,  
 quam reuiuiscere qui erat. Idem tamen dñs pater dñi nr̄i ih̄u xp̄i per uer-  
 bum suum facit haec omnia, & regit qui creauit; priora miracula fecit per  
 uerbum suum dñm apud se, posteriora miracula fecit per ipsum uerbū suū  
 incarnatum & propter nos hominem factum; Sicut miramur quae facta  
 sunt per hominē ih̄m, miremur quae facta sunt per dñm ih̄m, per dñm ih̄m  
 facta sunt caelum & terra, mare, & omnis ornatus caeli, opulencia terrae &



fecunditas maris. omnia haec quae oculis adiacent per ih̄m d̄m facta sunt; & uidemus haec. & si est in nobis sp̄s illius. sic nobis placent ut artifex laudetur. non ut ad opera conuersi ab artifice auertamur. & faciem quodammodo ponentes ad ea quae fecit. dorsum ponamus ad eum qui fecit; & haec quidem uidemus & adiacent oculis; quid illa quae non uidemus. sicut sunt angeli. uirtutes. potestates. dominationes. omnisq; habitator fabricae huius super caelestis t̄ adiacens oculis nostris. quamquam saepe & angeli quando oportuit. demonstrauerunt se hominibus. Nonne d̄s & per uerbum suum. id est unicū filium suum d̄m nostrum ih̄m xp̄m fecit haec omnia. Quid ipsa anima humana quae non uidetur. & per opera quae exhibet in carne. magnam praebet admirationem bene considerantibus. a quo facta est nisi ad d̄m. & per quem facta est nisi per filium d̄i. Non dum dico de anima hominis. cuius uis pecoris anima quomodo regit molem suam. sensus omnes exercit. oculos ad uidendum. aures ad audiendum. nares ad percipiendum odorem. oris iudiciū ad sapores discernendos. membra deniq; ipsa ad peragenda officia sua. numquid haec corpus & non anima. id est habitatrix corporis agit. nec tamen uidetur oculis. & ex his quae agit admirationē mouet. Accedat iam consideratio tua & iam ad animā humanam. cui tribuit d̄s intellectum cognoscendi creatorem suum. discernendi & distinguendi inter bonum & malum. hoc est inter iustum & iniustum. quanta agit per corpus. ad tendite uniuersum orbem terrarum ordinatum in ipsa humana re publica. quibus administrationibus. quibus ordinibus potestatum. conditionibus ciuitatum. moribus. legibus. artibus. hoc totū per animam geritur. & haec uis animae non uidetur. cū ū subtrahitur corpori. cadauer iacet; Cum autem ad est corpori. primo condit quodam modo putres. corruptibilis est enim omnis caro & putredines defluit. nisi quodam condimento animae teneatur. sed hoc commune illi est cum pecoribus; anima illa magis miranda quae dixi. quae ad mentē & intellectum pertinet. ubi & iam ad imaginem creatoris sui renouatur. ad cuius imaginem factus est homo. quid erit haec uis animae cum & corpus hoc induerit incorruptionem. & mortale hoc induerit immortalitatem. Sit tanta potest per carnem corruptibilem. quid poterit per corpus spiritale post resurrectionem mortuorum. haec tamen anima ut dixi admirabilis naturae atq; substantiae inuisibilis res est & intellegibilis. & haec tamen per ih̄m d̄m facta est. quia ipse est uerbum d̄i. & omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil; cum tanta ergo uidemus facta per d̄m ih̄m. quid miramur aquam in unum conuersam per hominem ih̄m. neq; enim sic factus ē homo. ut perderet quod d̄s erat; accessit illi homo. non amissus est d̄s. Ipse ergo fecit hoc. q̄ &



illa omnia; Non itaq; miremur quia dñs fecit, sed amemus quia inter nos fecit,  
 & propter nostram reparationem fecit, aliquid enim & in ipsis factis innuit  
 nobis: puto quia non sine causa uenit ad nuptias, excepto miraculo. aliquid &  
 in ipso facto mysterii & sacramenti latet, pulsemus ut aperiat; De uino inuisibi  
 li inebriat nos, quia & nos aqua eramus, & uinum nos fecit. sapientes nos fecit,  
 sapimus enim fidem ipsius, qui prius insipientes eramus; & forte ad ipsam sapi  
 entiam pertinet cum honore dñi & cum laude maiestatis eius & cum caritate  
 potentissimae misericordiae eius. intellegere quid sit gestum in hoc miraculo.  
 Dñs inuitatus ad nuptias uenit; quid mirum si in illam domum ad nupti  
 as uenit. q̄ hunc mundum ad nuptias uenit, si enim non uenit ad nuptias,  
 non hic habet sponsam; & quid est quod dicit apostolus. apta uiuos uni uiro  
 uirginem castam exhibete xp̄o. quid est quod timet ne uirginitas sponsae  
 xp̄i per astutiam diaboli corrumpatur, Timeo inquit. ne sicut serpens eam  
 seduxit astutia sua sic & uestrae mentes corrumpantur a simplicitate & cas  
 titate quae est in xp̄o; habet hic ergo sponsam quam redemit sanguine suo.  
 & cui pignus dedit sp̄m sc̄m. eruit eam de mancipio diaboli, mortuus est enī  
 propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem eius; quis offe  
 rat tanta sponsae suae, offerant homines quae libet ornamenta terrarum,  
 aurum, argentum, lapides preciosos, equos, mancipia, fundos, praedia, Num  
 quid aliquis offeret sanguinem suum, si enim sanguinem suum sponsae  
 dederit, non erit quid ducat uxorem. Dñs autem securus mortuus dedit san  
 guinem suum pro ea, quam resurgens habet, quam sibi iam coniunxerat  
 in utero uirginis; Uerbum enim sponsus, & sponsa caro humana, & utrumq;  
 unus filius dñi. & idem filius hominis. Ibi factus est caput ecclesiae, & ille ute  
 rus uirginis mariae thalamus eius, inde processit tamquam sponsus de tha  
 lamo suo, sicut scriptura praedixit. & ipse tamquam sponsus procedens  
 de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currendam uiam. De thalamo pro  
 cedit uelut sponsus & inuitatus uenit ad nuptias. Certiq; sac̄menti gratia  
 uidetur matrem de qua sponsus processit non agnosceat, & dicet illi, quid  
 mihi & tibi est mulier, nondum uenit hora mea. Quid est hoc. ideo ne uenit  
 ad nuptias, ut doceret matrem contemni. utiq; ad cuius nuptias uenerat, ideo  
 ducebat uxorem ut filios procrearet, & ab eis quos ut procrearet optabat,  
 utiq; honorari cupiebat. Ille ergo uenerat ad nuptias ut ex honoraret ma  
 trem, cum propter filios habendos quibus reddere honorem parentibus im  
 perat dñs, ipse nuptiae celebrentur & ducantur uxores. Proculdubio fr̄s  
 latet ibi aliquid, nam tanta res est ut quidam quos cauendos praemonuit  
 apostolus sicut supra commemorauimus dicens. Timeo ne sicut serpens eam

Sponsus Th̄g:



sed dicit astucia sua sic & uestrae mentes corrumpantur a simplicitate & casti-  
tate quae est in xpo. derogantes euangelio & dicentes quod ih̄s non sit natus de  
maria uirgine. Hinc argumentum sumete conarentur erroris sui ut dicerent,  
quomodo erat mater eius cui dixit! quid mihi & tibi est mulier? respondendum  
ergo est eis, & differendum quare hoc dixerit dñs, ne sibi aliquid aduersus sanam  
fidem insanientes inuenisse uideantur, unde sponsae uirginis castitas corrup-  
patur. id est unde fides ecclesiae uiolatur. Reuera enim fr̄s corrumpitur fi-  
des eorum qui praeponunt mendaciū ueritati; nam isti qui uidentur sic hono-  
rare xpm ut negent eum carnem habuisse. nihil aliud eum quam mendacem  
praedicant. qui ergo mendacium aedificant in hominibus, quid ab eis expel-  
lunt nisi ueritatem? Inmittunt diabolum & excludunt xpm, inmittunt adul-  
terum, excludunt sponsum! para nymphis scilicet uel potius lenone serpentes,  
ad hoc enim loquuntur ut serpens possideat xps excludatur, quando pos-  
sidet serpens, quando possidet mendacium, quando possidet falsitas, serpens  
possidet. Quando possidet ueritas, xps possidet, ipse enim dixit. ego sum ueritas,  
De illo autem dixit. & in ueritate non stetit. quia ueritas non est in eo. Sic est  
autem ueritas xps, ut uerum totum accipias in xpo, uerum uerbum dñi. aequa-  
lis patri. uera anima, uera caro. uerus homo, uerus dñs. uera natiuitas. uera passio.  
uera mors. uera resurrectio. Si aliquid horum dixeris falsum, intrat putre-  
do de ueneno serpentis. nascuntur uermes mendaciorū, & nihil integrum  
remanebit. Quid est ergo inquit quod ait dñs, quid mihi & tibi est mulier?  
forte in eo quod sequitur. ostendit nobis dñs quare hoc dixerit, nondum in-  
quit uenit hora mea. sic enim ait, quid mihi & tibi est mulier? nondū uenit  
hora mea, & hoc cur dictum sit. requirendum est, prius ergo hinc resista-  
mus hereticis, quid dicit serpens ueruosus uenenorum insibilator & inspi-  
rator antiquus. quid dicit. non habuit matrem feminam ih̄s, unde probas,  
quia dixit inquit. quid mihi & tibi est mulier? Quis hoc narrauit ut credamus,  
quia hoc dixit. quis hoc narrauit, Nempe iohannes euangelista, iohannes  
euangelista dixit. & erat ibi mater ih̄s. nam ita narrauit, Altera die nuptiae  
factae sunt in chana galileae & erat ibi mater ih̄s, uenerat autem illuc inuita-  
tus ad nuptias cum discipulis suis, Tenemus duas sententias ab euangelista  
prolatas, erat ibi mater ih̄s. euangelista dixit, quid dixerit matri suae ih̄s.  
ipse euangelista dixit, & quomodo dixit respondisse matri suae ih̄m ut pri-  
mo diceret, ait illi mater eius. Uide & fr̄s ut aduersus linguam serpentis  
munitam uirginitatem cordis habeatis, illic in ipso euangelio. eo ipso euange-  
lista narrante dicitur. Erat ibi mater ih̄s. & dixit illi mater eius, quis hoc  
narrat, iohannes euangelista, & quid respondit matri ih̄s. quid mihi & tibi



est mulier? quis hoc narrat, idem ipse iohannes euangelista, O euangelista fidelissime & ueracissime, Tu mihi narras dixisse ih̄m, quid mihi & tibi est mulier. cur ei adposuisti matrem quam non agnoscit, nam tu dixisti quia ibi erat mater ih̄u, & quia dixit ei mater eius. Cur non potius dixisti, erat ibi maria, & dixit ei maria, utrumq; tu narras, & dixit ei mater eius, & respondit ei ih̄s, quid mihi & tibi est mulier, quare hoc nisi quia utrumq; uerum est, Illi aut̄ in eo uolunt credere euangelistae quod narrat ih̄m dixisse matri, quid mihi & tibi est mulier, & in eo nolunt credere euangelistae quod ait, erat ibi mater ih̄u, & dixit ei mater eius, quis autem est qui resistit serpenti & tenet ueritatem, cuius uirginitas cordis non corrumpitur a stulticia diaboli, qui utrumq; uerum credit, & quia erat ibi mater ih̄u, & quia illud respondit matri ih̄s, sed nondum intellegit quem ad modum dixerit ih̄s, quid mihi & tibi est mulier, interim q̄ credat quod dixerit & quod matri dixerit, sit primo pius & incredente, & erit fructus in intellegente, Interrogo uos o fideles xp̄iani, erat ibi mater ih̄u, responde, erat, unde scitis, responde, hoc loquitur euangelium, quid respondit matri ih̄s, responde, quid mihi & tibi est mulier, nondum uenit hora mea, & hoc unde scitis, responde, hoc loquitur euangelium, nullus uobis corrumpat hanc fidem si uultis seruare sponso castam uirginitatem, si autem quaeritur a uobis cur hoc matri responderit, dicat qui intellegit, qui autem nondum intellegit, firmissime tamen credat hoc respondisse, & tamen matri respondisse ih̄m, hac pietate merebitur & iam intellegetur ita responderit, si orando pulsus non rixando, accedat ad ostium ueritatis, tantum caueat, ne dum se putat scire aut erubescit nescire, cur ita responderit, cogatur credere aut euangelistam fuisse mentatum qui ait, erat ibi mater ih̄u, aut ipsum xp̄m falsa morte passum propter delicta nra & falsas cicatrices ostendisse propter iustificationem nram, falsumq; dixisse, si manseritis in uerbo meo uere discipuli mei estis, & cognoscetis ueritatem & ueritas liberabit uos, si enim falsa mater, falsa caro, falsa mors, falsa uulnera passionis, falsae cicatrices resurrectionis, non ueritas credentes in eum, sed potius falsitas liberauit, immo uero caedit falsitas ueritati & confundantur omnes qui propterea se uolunt uideri ueraces, quia xp̄m conantur demonstrare fallacem, & nolunt sibi dici, non uobis credimus quia mentamini, cū ipsa ueritatem dicunt esse mentam, quibus tamen si dicamus unde nostis dixisse xp̄m, quid mihi & tibi est mulier, euangelio se credidisse respondent, Cur ergo non credunt euangelio dicenti, erat ibi mater ih̄u, & dixit ei mater eius, aut si hoc mentatur euangelium, quomodo ei creditur quod dixerat xp̄s, quid mihi & tibi est mulier? Cur non potius miseri, & quod ita non extranee



sed matri dñs responderit fideliter credunt & cur ita responderit pie que-  
runt. multum enim inter est inter eum quid dicit, uolo scire quare xps hoc  
matri responderit, & eum quid dicit. scio quod hoc xps non matri responde-  
rit; aliud est intellegere uelle quod clausum est, aliud nolle credere quod  
aperum est. Quid dicit, scire uolo. cur ita xps matri responderit, aperiri  
sibi uult euangelium cui credit; qui autem dicit scio quod hoc xps non  
matri responderit, ipsum euangelium arguit de mendacio: ubi credidit  
quod xps ita responderit. Jam ergo si placet fr̄ illis repulsis & in sua ceci-  
tate semper errantibus nisi humiliter sanentur. Nos quaeramus quare  
dñs noster sic matri responderit; ille singulariter natus de patre sine ma-  
tre. de matre sine patre. sine matre dñs. sine patre homo. sine matre ante  
tempora. sine patre in fine temporum. quod respondit matri respondit.  
quia erat ibi mater ihu, & dixit ei mater eius, hoc totum euangelium loquitur,  
illic nouimus quia erat ibi mater ihu, ubi nouimus quod dixerit ei. quid mihi  
& tibi est mulier. nondum uenit hora mea; Totum credamus, & quod nondum  
intellegimus requiramus; & primo hoc uidete. ne forte quomodo inuenerunt  
manichei occasionem perfidiae suae. quia dixit dñs. quid mihi & tibi est mulier.  
sic inueniant mathematici occasionem fallaciae quia dixit. nondum uenit  
hora mea; & si hoc secundum mathematicos dixit, sacrilegium fecimus, incenden-  
do codices eorum. Si autem recte fecimus sicut apostolorum temporibus factum  
est. non secundum eos dixit dñs. nondum uenit hora mea; Dicunt enim uani  
loqui & seducti seductores; Uides quia subfatio erat xps, quid dicit nondum  
uenit hora mea. Quibus ergo prius respondendum est. hereticis an mathe-  
maticis, utriq; enim a serpente illo ueniunt, uolentes corrumpere uirgini-  
tatem cordis ecclesiae quam habet in integra fide; primo si placet eis quos  
proposueramus, quibus quidem iam ex magna parte respondimus. sed ne  
arbitrentur nos non habere quid dicamus de his uerbis quae dñs matri respon-  
dit. uos magis aduersus illos instruimus; Nam illis refellendis puto quod suf-  
ficient quae iam dicta sunt; Cur ergo ait matri filius. quid mihi & tibi est mu-  
lier. nondum uenit hora mea. Dñs noster ihu xps & dñs erat & homo; secundum  
quod dñs erat. matrem non habebat, secundum quod homo erat habebat; mater  
ergo erat e arnis. mater humanitatis. mater infirmitatis quam suscepit prop-  
ter nos; miraculum autem quod facturum erat. secundum diuinitatem fac-  
turus erat. non secundum infirmitatem. secundum quod dñs erat. non se-  
cundum id quod infirmus natus erat. sed infirmum dñs fortius est homini-  
bus; miraculum autem exigebat mater, at ille tamquam non agnoscit uis-  
cera humana operaturus facta diuina tamquam dicens: quod de me facit



miraculum non tu genuisti; Diuinitatem meam non tu genuisti. sed quia genuisti infirmitatem meam. tunc te cognoscam. cum ipsa infirmitas pende-  
bit in cruce; hoc est enim nondum uenit hora mea; tunc enim cognouit qui  
utiq. semper nouerat. & antequam de illa natus esset & in praedestinatione noue-  
rat matrem & antequam ipse deus crearetur & de qua ipse homo crearetur nouerat  
matrem; sed ad quandam horam in mysterio non agnoscit. & ad quandam horam  
quae nondum uenerat. in mysterio rursus agnoscit; tunc enim agnouit. quan-  
do illud quod peperit moriebatur; non enim moriebatur per quod facta erat  
maria. sed moriebatur quod factum erat ex maria; non moriebatur adter-  
nitas diuinitatis. sed moriebatur infirmitas carnis. Illud ergo respondit.  
discernens infide credentium quis qua uenerit; Uenit enim per matrem  
feminam deus & deus caeli & terrae. secundum quod deus mundi. quod deus  
caeli & terrae. deus utiq. & mariae; secundum quod creator caeli & terrae.  
creator & mariae; secundum autem quod dictum est. factum ex muliere  
factum sub lege filius mariae. ipse deus mariae. ipse filius mariae. ipse crea-  
tor mariae. ipse creatus ex maria. Noli mirari quia & filius & deus; sicut  
enim mariae. ita & dauid dictus est filius. & ideo dauid filius quia mariae  
filius; audi apostolum aperte dicentem. qui factus est ei ex semine dauid  
secundum carnem; audi eum & dominum dauid; Dicat hoc ipse dauid. Dixit deus  
domino meo sede ad dexteram meam; & ipse ihesus hoc proposuit iudaeis. & eos  
inde conuicit. Quomodo ergo dauid & filius & deus. filius dauid secundum  
carnem. deus dauid secundum diuinitatem. Sic mariae filius secundum  
carnem. & mariae deus secundum maiestatem; quia ergo non erat illa ma-  
ter diuinitatis & per diuinitatem futurum erat miraculum quod praestabat.  
Respondit ei quid mihi & tibi est mulier, sed ne putes quod te negem matrem.  
nondum uenit hora mea; ubi enim te agnoscam cum pendente in cruce infir-  
mitas coeperit. cuius mater es; probemus si uerum est; quando passus est deus.  
sicut idem euangelista dicit qui nouerat matrem domini & qui nobis insinuauit  
& iam in his nuptiis matrem domini. ipse narrat. Erat illic inquit circa cruce  
mater ihesu. & ait ihesus matri suae; mulier ecce filius tuus. & ad discipulum. ecce  
mater tua; commendat matrem discipulo. commendat matrem prior matre  
mortuus. & ante mortem matris resurrecturus; Commendat homo homi-  
ni hominem; hoc pepererat maria. Illa hora iam uenerat de qua tunc dix-  
erat. nondum uenit hora mea; quantum arbitror fratres responsum est hereti-  
cis; mathematicis respondeamus; & ipsi unde conantur conuincere. quia  
subfato erat ihesus; quia ipse ait. inquit. nondum uenit hora mea; ergo illi  
credimus; & si dixisset horam non habeo. exclusisset mathematicos. Sed ecce



inquit. ipse dicit. nondum uenit hora mea; si ergo dixisset horam non habeo. exclusisset mathematicos. non esset unde calumniarentur. Hunc uero qui dixit. nondum uenit hora mea. contra ipsius uerba quid possumus dicere. Mirum est quod mathematici credendo uerbis xpi. conantur conuincere xpi. anos. quod sub hora fatali uixerit xps; Credant ergo xpo dicenti. potestatem habeo ponendi animam meam & potestatem habeo iterum sumendi eam. nemo tollit eam a me. sed ego pono eam a me ipso & iterum sumo eam. Ergo ne ista potestas subfata est. ostendant hominem qui potestatem habeat quando moriatur. quamdiu uiuat. omnino non ostendent; Credant ergo do dicenti. potestatem habeo ponendi animam meam & iterum sumendi eam. & quaerant quare sit dictum. Nondum uenit hora mea; nec ideo iam subfata ponant conditorem caeli. creatorem atq. ordinatorem syderum. Quia si esset factum de syderibus. non poterat esse sub necessitate syderum conditor syderum; Adde quia non solum xps non habuit quod appellas fatum sed nec tu. aut ille. aut ego. aut quisquam hominum; uerum tamen seducti seducunt & proponunt fallacias hominibus. tendunt ad capiendos homines & hoc implent; Nam qui tendunt ad capiendas feras. uel in siluis atq. insolitudine id agunt; quam infeliciter uanisunt homines quibus capiendis in foro tendunt. qui nummos accipiunt cum se homines hominibus uendunt; Dant isti nummos. illi accipiunt cum se homines hominibus uendunt; Dant isti nummos. ut se uanitatibus uendant; Intrauit enim ad mathematicum. ut emanet sibi dominos quales mathematico dare placuerit. uel saturnum uel iouem. uel mercurium. uel siquid aliud sacrilegi nominis; Intrauit liber ut numis datus seruus exiret. inmo uero non intraret si liber esset. Intrauit quo eum dominus error & domina cupiditas traxit. unde & ueritas dicit. Omnis qui facit peccatum. seruus est peccati; quare ergo dixit. Nondum uenit hora mea. magis quia in potestate habebat quando moreretur. nondum uidebat esse oportunum ut illa potestate uteretur; Quomodo nos fratres uerbi gratia sic loquimur. iam certa hora est qua exeamus ut celebremus sacramenta. si ante exeamus quam opus est. nonne peruersi & praeposteri sumus? Quia ergo non facimus nisi cum oportunum est. propterea in his agendis cum ita loquimur. fatum consideramus. Quid est ergo. Nondum uenit hora mea. quando ego scio oportune me pati. quando passio mea utilis erit. nondum uenit ipsa hora. tunc uoluntate patiar. ut utrumq. serues. & nondum uenit hora mea. & potestatem habeo ponendi animam meam & iterum sumendi eam; uenerat ergo habens in potestate quando moreretur; At si ante moreretur quam discipulos elegisset. certe praeposterum esset; Si esset homo qui non

Contra  
mathematicos:



haberet in potestate horam suam, possit ante mori quam discipulos elegisset. & si forte moreretur iam electis eruditisque discipulis, praestaretur ei ne ipse hoc faceret, et uero qui uenerat in manu habens quando iret quando rediret, quo usque excurreret, cui parerent inferi non tantum morienti sed & resurgenti, ut nobis ostenderet spem in mortalitate ecclesiae suae. in capite ostendit quod membra expectate deberent. Resurgens & iam in ceteris membris, qui resurrexit in capite, hora ergo nondum uenerat. Opportunitas nondum erat, uocandi erant discipuli, ad nuntiandum erat regnum caelorum, faciendae erant uirtutes, commendanda erat diuinitas domini in miraculis, commendanda erat humanitas domini in ipsa passione mortalitatis, ille enim qui esuriebat quia homo erat, paucis quinque panibus tot milia quia deus erat, qui dormiebat quia homo erat, uentis & fluctibus imperabat quia deus erat, haec omnia commendanda erant prius, ut esset quod scriberent euangelistae, quod predicaretur ecclesiae, et ubi tantum fecit quantum sufficere iudicauit. Uenit hora non necessitatis sed uoluntatis, non conditionis sed potestatis, quid ergo fratres, quia & illis & illis respondimus, nihil dicemus quid sibi uelint hydriae, quid aqua in uinum conuersa, quid architrachus, quid sponsus, quid mater ihesu in mysterio, quid ipsae nuptiae. Dicenda sunt omnia, sed onerandi non estis, uolui quidem in nomine christi & hesternae die quo solus sermo deberi caritati uestrae id agere uobiscum, sed non sum permissus necessitatibus quibusdam impediens. Si ergo placet scitae uestrae, hoc quod ad mysterium pertinet huius facti in crastinum differamus, & non oneremus & uestram & nostram infirmitatem, sunt forte hodie multi qui propter sollemnitatem diei non propter audiendum sermonem conuenerunt, crastina qui ueniunt, ueniant audiri, ut nec fraudemus studiosos, nec grauemus fastidiosos. **EXPLICIT SERMO VIII. INCIPIT VIII. AB EO LOCO UBI AT. DICIT MATER EIUS MINISTRIS, QUOD CUMQUE UOBIS DIXERIT FACITE. USQUE AD ID QUOD AT. Implete hydrias aqua, et impleuerunt eas usque ad summum.**

**A**d sit dominus deus noster, ut donec nobis reddere quod promisimus, hesterno enim die si meminit scitae uestrae, cum temporis excluderemur angustia ne sermonem inchoatum impletemus, in hodiernum distulimus, ut ea quae in hoc facto euangelicae lectionis mystice in sacramentis posita essent, ipso adiuuante aperirentur; non itaque opus est iam in morari diutius in commendando miraculo dei, ipse est enim deus qui per uniuersam creaturam cotidiana miracula fecit, quae hominibus non facilitate, sed assiduitate uiderunt; Rara autem quae facta sunt ab eodem domino, id est a uerbo propter nos in carnate maiorem stuporem hominibus attulerunt. Non quia